


R. CASTILIÆ.




*Occidui Regis clara de stirpe Philippus
Progeniem thalami iunxit amore sibi:
Nec mora, mox regnū socero moriente recepit,
Dies ubi liquidis tingit Iberus aquas.*

R. LEGION.




*Argentū à patribus, fuluumq; relinquitur aurū,
Sed datur à solo commoda sponſa Deo.
Cōmoda sponſa (tenet regni hic pia ſceptra) Philippo
Legitimo cęſto conſocianda venit.*

R. ARRAGONÆ.



*Sicut amat ficus rut.am, ceu vitis adheret
Vlmo, ceu muris bacchica gaudet helix:
Sic Ioanna flagrat, gaudetq; adiuncta Philippo,
Austriacamq; fides ditat amica domum.*

R. SICILIÆ.



*Argento præſtans, rutilo eſt præſtantiore auro
Femina, præclaris moribus apta viri:
Moribus apta viri, ſocialis amore Philippo
Vnitur thalami; hinc regna Philippus habet.*